

mutavit sententiam, & sepulcrum in aliâ Ecclesiâ fieri jussit, utrum transeat anniversarium, relictum alteri Ecclesiâ primæ? Did. Spino à Caceres in Spec. testam. gl. 2. n. 66. distingvit: aut testator dixit: relinquo tale anniversarium Ecclesiâ, ubi fuero sepultus: vel volo ut corpus meum sepeliatur in Ecclesiâ S. Mariæ, & relinquo illi Ecclesiâ tale anniversarium. Primo casu mutari anniversarium, putat, si mutetur sepultura: Altero casu, licet in aliâ Ecclesiâ sepeliatur, & mutet sepulturam, remanere tamen anniversarium primæ Ecclesiâ. Verum Autori isti 10 adstipulari non possumus. Quod enim attinet primum distinctionis membrum: relinquo tale anniversarium Ecclesiâ, ubi fuero sepultus, illud in quæstione planè non habetur, & sic invertitur status controversiæ: quæstio enim loquitur determinatè ad hanc vel illam Ecclesiâ: responsionis autem primum membrum loquitur indeterminatè & indefinitè, comprehenditque talem casum, de quò planè nullum potest esse dubium, neque ulli Ecclesiâ jus potest esse quæsitum, cum nullam testator determinaverit, sed in genere: ubi fuero sepultus, dixerit. Alterum membrum quod spectat, de eò quidè propriè quæstio formata est, quando nim. testator dicit: Volo ut corpus meum sepeliatur in Ecclesiâ S. Mariæ, & relinquo illi tale anniversarium, postea verò mutet sententiam, & sepulturam vult fieri in Ecclesiâ S. Margarethæ: utrum anniversarium quoque transeat? quod negat Caceres d. 1. Verum cum voluntas 12 hominis ambulatoria sit usque ad extremum vitæ halitum per jura vulg. Deindè electionem semel factam immutare & revocare quis non prohibeatur. c. 1. X. d. sepult. in 610, adeò ut & pacta de sepulturâ electâ non mutandâ prohibeantur. d. c. 1. Ungep. c. 1. in fin. Denique legatum hoc anniversarium eâ conditione relictum censetur, si corpus ejus in eâ Ecclesiâ sepeliatur, deficiente igitur hâc conditione, deficit quoque ipsum legatum. l. 21. ff. qn. dies leg. vel fideicom. ced. imò transferri,